

## 246 CHYMICOR. PRINCIP.

*variūs sit  
efficax.*

*Li. 3. simp.  
cap. 8.*

*Lib. 6. E.  
pist. 3.*

*Responsio  
ad auctori-  
tates philo-  
logorum.*

copœorum culpa aduersus venena ni-  
hil vñquam pollent. Nimirum, ait Ma-  
rantha, se digniores nostri putat Medi-  
ci, quām antiqui, quos constat ex sele-  
ctissimis simplicibus ipsos adaptasse  
medicamenta, seplasiorum munere de-  
functos, nulla cum auctoritatis suæ ia-  
ctura. Id autem cùm hodie sibi infa-  
miæ ducat maior medentium pars, ma-  
ximo cum damno mortaliū, ea omnia  
pharmacopolis relinquunt. Nō minus  
ingenuè fatetur Ioannes Manardus in-  
ter reliquas errorum cauſas, qui proxi-  
mis ſeculis in medicina acciderunt, hāc  
non fuiffe minimam, quòd Medici ni-  
hil de simplicibus medicamentis co-  
gnoscerent, seplasiorum & pharmaco-  
polarum arbitrio compositiones me-  
dicaminum permitterent. Inde enim  
factum eſſe, vt Theriacalis antidotus,  
quam Andromachus vterque, Deme-  
trius, Antonini cæſaris Medicus, & ipſe  
demum Galenus proprijs manibus cō-  
fecerunt, vel omnibus vel certè pluri-  
bus potestatibus carere inuenta ſit. Pre-  
terea antiquorū scriptorum nomen-  
clationes corrogantur. At cùm eæ ſint  
ambi-